

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Nobilitas q

...scribit Seneca dicens:

‘Habet hoc optimum generosus animus
quod de facili concitatur ad honesta.
Neminem excelsi ingenii virum vilia delectant.

Felix qui alterius consultu ad meliora impetum animi dedit.
Ponit se extra condicionem fortune, prospera temptabit,
adversa comminuet, et alia admiranda despiciet.’

Scotichronicon, 11.34 (Watt ed., vol.6, p.96, ll.31-35).

(“quotation is selected and altered from Seneca, *Epistulae Morales*, no.39, paras.2-3...”: p.242, n.35-41.)

Habet hoc optimum generosus animus
quod concitatur ad honesta.
Neminem excelsi ingenii uirum humilia delectant
et sordida.

Felix qui ad meliora impetum animi dedit,
ponet se extra condicionem fortune, prospera temptabit,
aduersa comminuet, et aliis admiranda despiciet.

Seneca XXXVII. epistola.

Manipulus florum, Nobilitas q

Concupisces et ipse ex illis unus esse;
habet enim hoc optimum in se generosus animus,
quod concitatur ad honesta.
Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant
et sordida: magnarum rerum species ad se vocat et extollit.
Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi
non potest, non magis quam quiescere, ita noster animus in
motu est, eo mobilior et actuosior, quo vehementior fuerit. Sed
felix qui ad meliora hunc impetum dedit:
ponet se extra ius dicionemque fortunae; secunda temperabit,
adversa comminuet et aliis admiranda despiciet.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 39.2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.103, ll.10-19).